

Incipit summa edita a sancto Thoma de Aquino de articulis fidei: et ecclesie sacramentis.

Ostulat a me vestra dilectio. ut de articulis fidei et ecclesie sacramentis aliqua vobis compediōse pro memoriali transcriberem: cum dubitatiōibus que circa hec possunt moueri. Verū cum omne theologozū studiū versetur circa dubitationes cōtingentes articulos fidei et ecclesie sacramenta. Si ad plenū vestre paternitati satisfacere vellez: oporteret me totius theologie summatī cōprehendere difficiles questiones. Qd̄ q̄ sit onerosum: ut credo aduertit vestra prudentia: vnde ad presens sufficiat si articulos fidei et ecclesie sacramenta breuiter vobis distinguā: et quī errores sint circa quemlibet eozū vitandi.

In primis igitur vos scire oportet q̄ tota fides xp̄iana circa diuinitatem et humanitatē xp̄i versatur. Unde xp̄us voce hominis loquens ait. Creditis in deum et in me credite. Circa vtrūq; autem horū a quibusdā sex: a quibusdā septez articuli distinguunt̄. Et sic omnes articuli secundū quosdā duo decim: secundū quosdā quatuordecī esse dicunt̄.

Primo igitur. vi. articulos distinguūt circa fidez diuinitatis. Sunt enī circa diuinitatē tria cōsideranda. s. vnitas diuine essentie: trinitas personarū: et effectus diuine virtutis.

Primus articulus.

Primus igitur articulus est: ut credamus essentie diuine vnitatē: s̄m illud Deutero. vi. Audi israel: Dñs deus tuus vnus est.

Circa hunc aut̄ articulū plures errores euitandi occurrunt.

Primo quidem gentiliū sive paganoz ponentū plures deos. Contra quos dicit̄ Exodi. xx. Nō habebis deos alienos contra me.

Secundus est error Manicheozū: qui ponunt duo principia esse: Unū a quo sunt om̄ia bona. Aliud a quo sunt om̄ia mala. Contra quos dicit̄ Esaie. xlv. Ego dominus et nō est alter: formans lucē et creans tenebras: faciens pacem et creans malum. quia ipse secundū suam iusticiaz infli

git malū pene: et tamen esse conspicit in sua creatura malū culpe quod esse permittit.

Tertius est error Antropomorficay: ponentiū quidem vnū deum: sed dicentium eum esse corporeum: et ad modum humani corporis formatum. Contra quos dicitur Joban. iiii. Spiritus est deus. Esai. Cui similem fecistis deum aut quam imaginem ponetis ei.

Quartus est error Epicuroꝝ dicentiū q̄ deus nō habet scientiam neq; providentiā de rebus humanis. Cōtra quos dicitur Pe. ultimo. Omnē solitudinē vestram proijcientes in eū: quoniā ipsi cura est de vobis.

Quintus est error quorundā gentiliū philosophoꝝ dicentium: deum non esse omnipotentē: sed solum potest ea que natura fiunt. Contra quos dicit in Psal. Omnia quecunq; voluit dominus fecit. Omnes igit̄ hi uel derogant vnitati essentie diuine: uel perfectioni. Unde contra omnes ponit̄ in simbolo Credo in vnū deum patrem omnipotentē.

Ecūsdus articulus est q̄ tres sunt persone diuine in vna essentia secundū infra Job. ultimo. Tres sunt qui testimoniū dant in celo. pater: verbū: et spiritus scūs: et hi tres vnū sunt. Circa hunc articulū sunt plures errores.

Primus quidē Sabellij qui posuit vnā essentiā sed negauit trinitatē personarū dicens: q̄ vna persona quādoq; dicit̄ pater quādoq; filius: q̄nq; spūs sanctus.

Secundus est error Arrij qui posuit tres personas: s; negauit vnitatem essentie: dicens filiū esse alterius substantie a patre: et esse creaturam et minoꝝ patre: non coequalem nec coeternū: sed incepit postq̄ non fuerat. Et contra hos duos errores dicit dñs Jesus xp̄us Jobanis. iiii. Ego et pater vnus sumus. quia ut dicit Augusti. in eo q̄ dicit vnū: liberat te ab Arrio. q̄ dicit sumus pluraliter: liberat te a Sabellio.

Tertius est error Eunomij: qui posuit filiuꝝ dissimilē patri Contra quem dicitur Colo. i. Qui est imago inuisibilis dei.

¶ Quartus error est Macedonij: qui posuit spūm sanctū eē crea-
turā. Cōtra quē dicit̄ Corin. iiii. Dñs aut̄ spiritus est.

¶ Quintus est error Grecozum: qui dicunt spiritum sanctum
procedere a patre ⁊ nō a filio. Contra quos dicit̄ Johan. xiiii.
Paracletus autē spiritus sanctus quē mittet pater in nomine
meo: quia. s. eū mittit pater tanq̄ spiritū filij ⁊ a filio procedē-
tem. Et Jo. xvi. dicit̄. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet
Et contra hos omnes errores in simbolo dicit̄: Credo in deū
patrem omnipotentē: ⁊ in filiū eius vnigenitū non factū con-
substantialē patri. Et in spūm sanctū dominū ⁊ viuificantē ex
patre filioq̄ procedit. Alij vero quatuor articuli diuinitatis
pertinēt ad effectū diuine virtutis.

¶ Tertius articulus.

Uorum primus est: Qui est tertius: pertinet ad creati-
onem rerum in esse nature: secundū illud: Dixit et facta
sunt. Contra hunc articulū: **¶** Primo quidē errauit Democri-
tus ⁊ Epicurus: ponētes q̄ nec materia mundi: nec ipsa mun-
di compositio esset a deo. sed mundus esset factus casu per con-
cursum corporū inuisibiliū: que rerū principia estimabāt. Con-
tra quos dicit̄ in psal: Verbo dñi celi firmati sunt: idest scōm-
rationē eternā: non autē in casu.

¶ Secundus est error Platonis ⁊ Anaxagore: qui posuerūt mū-
dū factū a deo sed ex materia p̄iacente. Cōtra quos dicit psal.
Mandauit ⁊ creata sunt: idest ex nihilo facta.

¶ Tertius error est Aristo. qui posuit mundū a deo nō esse fa-
ctū sed fuisse ab eterno. Contra quem dicit̄ Genes. i. In prin-
cipio creauit deus celū ⁊ terram.

¶ Quartus est error Manicheorū: qui posuerunt deū esse cre-
atorē inuisibiliū: sed visibilia a diabolo esse facta. Contra quos
dicitur Hebreorū. xi. fide intelligimus aperta esse secula verbo
dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierent.

¶ Quintus est error Symonis et Magi et Neandri eius
discipuli: et multorum aliorum hereticorum eos sequentium:

qui creationē mundi non deo sed angelis eius attribuebant. Contra quos dicit Paulus actuū. xvii. Qui fecit mundū et oīa que in eo sunt. Sic celi et terre cum sit dñs.

¶ Sextus est error eorū qui dixerunt deum nō per seipsum gubernare mundū: sed per quasdā potestates sibi subiectas. Contra quos dicit Job. xxxiii. Quem cōstituit alium super terrā: aut quem posuit super orbem quē fabricatus est. Et cōtra hos errores dicit in simbolo. Factorem celi et terre visibiliū omniū et inuisibiliū.

¶ Quartus articulus.

¶ Quartus articulus pertinet ad effectus gratie per quam viuificamur a deo: s̄m illd̄ ad Roma. iiii. Iustificati gratis per gratiam ipsius. s. dei. Et sub hoc articulo cōprehenduntur omnia sacramenta ecclesie: et quecūq; pertinent ad ecclesie vnitatē: et dona sancti spiritus: et iusticiā hominū. Et quia de sacramentis ecclesie postea erit agendū: De his enī supersedemus: et alios errores circa hunc articulū exponamus. Quorū primus est Cherinthi et Ebionis et etiam Nazareorū: qui dixerunt gratiam xp̄i nō sufficere ad salutē: nisi aliquis circūcisionem alia mandata legis custodiat. Contra quos dicit Roma. iiii. Arbitramur iustificari hoīez per fidē sine operibus legis.

¶ Secundus est error Donatistarū: qui posuerunt gratiā xp̄i solum in Africa remansisse: quia scilicet totus alius mūdus cōmunicabat Ceciliano Carthaginensi episcopo: quem ipsi dānauerant: et in hoc negabant ecclesie vnitatē. Contra quos dicitur Colof. iiii. q̄ in xp̄o Iesu nō est gentilis et iudeus: circūcisio et prepuciū: barbarus et scita: seruus et liber: sed omīa in omnibus christus.

¶ Tertius est error Pelagianorū: qui primo quidez negauerūt peccatū originale esse in paruulis. Contra illud qd̄ Ap̄s dicit Roma. v. Per vnū hominē peccatus in mundū intrauit. Et in psal. dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Scd̄o dicit q̄ principiū boni operis inest hōi a seipso: s̄ sumatio est

a deo. Contra illud quod dicit Apł's Philippens. ii. Deus qui operatur in nobis: et velle et perficere pro bona voluntate. Tertio dicunt dare gratiã hominibus secundũ sua merita. Cõtra illud quod Apłus dicit Ro. xi. Si autẽ gratia iam non esset ex operibus: alioquin gratia iam nõ esset gratia.

¶ Quartus error est Origenis: qui posuit omnes animas simul creatas cum angelis: et pro diuersitate eorum que ibi egerunt: quosdam homines vocari a deo per gratiam: quosdã in infidelitate reliquit. Contra quod dicit Apłus Roma. ix. Euz nudi nati essent: aut aliquid boni: aut mali egissent dictũ est: quia maior seruiet minori.

¶ Quintus est Cathafrigarum: id est Montani Prisce et Marille: qui dicunt prophetas quasi arrepticios fuisse: et quod nõ prophetauerũt per spiritũ sanctũ. Contra quos dicit Pe. i. Ad enim voluntate humana allata est aliquãdo propheta: sed spũ sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies.

¶ Sextus est error Eendonis: qui primo dixit deũ legis et prophetarum non esse patrem christi: Nec bonum deum esse: nec iustum. patrem vero christi bonum. Quem etiam Manichei secuti sunt legem reprobãtes. Contra quos dicit Roma. viii. Lex quidẽ sancta et mandatũ scĩ et iustum et bonũ. Joh. primo dicit qd ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo.

¶ Septimus est error eorum: qui quedam que ad perfectionez vite pertinent: asserunt esse de necessitate salutis. Quorũ quidam arrogantissime apostolos vocauerũt: et nullam spem putant habere salutis eos: qui vtuntur cõiugibus: et propria possident. Alij vero sicut Mariani non vescuntur carnibus: easq; omnino abominantur: secundũ illud Aposto. Thimo. iiii. dicentes abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum: cum gratiarum actione fidelibus. Dicunt etiam qd promissio de aduentu spiritus sancti non fuit in apostolis completa sed in eis. Contra illud quod dicitur Actũ. ii. Euticiani dicunt

877
homines non posse saluari: nisi continue orent: propter illud
quod dicit dominus Luce. xvi. Oportet semper orare et non de-
ficere. Quod sic accipitur secundum Augustinum: ut nullus diem
intermittant circa orandi opera. Alii vero qui Passioloenite
vocantur in tantum silentio student: ut naribus et labijs suis
digitum apponant. Passalos enim greco dicitur palus et rina-
thos nasus. Quidam etiam dixerunt quod homo non potest sal-
uari: nisi semper nudis pedibus ambulet. Contra quos omnes
dicit apostolus Corinth. i. Omnia mihi licent sed non omnia
expediunt. Et quo datur intelligi quod licet aliqua a sanctis vir-
ris assumantur tanquam expedienda: non tamen propter hoc op-
posita redduntur illicita.

¶ Octavus error est eorum qui dicunt e contrario opera per-
fectionis non esse preferenda communi vite fidelium. Sicut Ro-
minianus posuit quod virginitas non preferatur coniugio. Contra
illud quod dicitur Corinthi. vii. Qui matrimonio iungit vir-
ginem suam bene facit: et qui non iungit melius facit. Et si-
cut vigilantius qui equavit statum divitias possidentium sta-
tui paupertatis propter christum assumpte. Contra que Ma-
thei. xviii. Si vis perfectus esse: vade et vende omnia que ha-
bes et cetera.

¶ Nonus error est negantium liberum arbitrium. Sicut nega-
verunt quidam dicentes animas que sunt male creationis non
posse non peccare. Contra quos dicit prima Johan. ii. Nec scri-
bo vobis ut non peccetis.

¶ Decimus error est Prescillianistarum et etiam Manicheorum
dicentium homines esse fatalibus stellis colligatos: ita scilicet
quod eorum opera sunt necessitati astrozum subiecta. Con-
tra quos dicitur Jeremie. i. A signis celi nolite timere que gen-
tes timent.

¶ Undecimus est error dicentium quod homines gratiam dei et
caritatem habentes peccare non possunt: ita quod asserunt eos
qui aliquando peccant nunquam caritatem habuisse. Contra quos

dicitur Apocalips. ii. Caritatem tuam pristina; reliquisti: me-
mor esto vnde excideris.

¶ Duodecimus est error eorū qui ea que ab ecclesia dei vniuer-
saliter sunt statuta: dicunt non esse obseruanda. Sicut Arria-
ni qui dicunt statuta ieiunia non esse solenniter celebranda:
sed cum quis voluerit ieiunet: ne videatur esse sub lege. Et si-
cut Uererachobite idest quarto Decimiani: qui dicunt. xiiii.
luna pasca esse celebrandum quocunq; die septimane occurre-
rit. Et in eadem ratio est de quibusdam alijs ab ecclesia statu-
tis. Et contra omnes istos errores in simbolo apostolorum di-
citur: Sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum cōmunionem
remissionem peccatorū. Et in simbolo patrum dicit. Qui locu-
tus est per prophetas: et vnā sanctam catholicam et apostoli-
cam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem pec-
catorum.

¶ Quintus articulus.

Quintus articulus est de resurrectione mortuorū. de quo
dicitur Corinth. xv. Omnes quidem resurgemus. cōtra
quē etiam sunt plurimi errores quorum:

¶ Primus est Valentini: qui carnis resurrectionem negauit:
quem etiam plures heretici sunt secuti. Contra quem dicitur
ad Corinth. xv. Si christus predicatur: quia surrexit a mortuis.
Quomodo quidem dicunt in vobis: quonia; surrectio mortu-
orum non est.

¶ Secundus est error Hymeni et fileti. Contra quos dicit apo-
stolus: q; a veritate deciderunt dicentes resurrectionez iam fa-
ctam. Vel q; non credebant resurrectionē nisi spirituales. Vel
quia non dicebant alios resurrecturos: nisi illos qui cum chri-
sto surrexerunt.

¶ Tertius error est quorundam modernorum hereticorū. qui
dicunt resurrectionem futuram: non tamen eorundē corporum;
sz anime resumūt quedā corpora celestia. Cōtra quos Apłs di-
cit Corinth. xv. Oportet hoc corruptibile induere incorruptio-

nem: et mortale hoc induere immortalitatem.

¶ Quartus est error Faticij patriarche Constantinopolitani qui posuit quod corpora nostra essent aere uel vento similia: ut Gregorius narrat in .xl. mor. Contra quem est quod dominus post resurrectionem suam corpus suum discipulis palandum prebuit dicens **Lu. vlt.** Palpate et videte. cum Ap[osto]lus dicat **Phil. iiii.** Qui reformabit corpus humilitatis nostre figuratum corpori claritatis sue.

¶ Quintus est error dicentium quod corpora humana in resurrectione vertentur in spiritum. Contra quos **Luce vlti.** dicitur. Spiritus carne et ossa non habet sicut me videtis habere.

¶ Sextus est error Corinthi: qui mille annos post resurrectionem in terreno regno christi fabulantur futuros: in quibus homines carnales veteris et libidinis voluptatem habebunt. Contra quem dicit **Math. ix.** In resurrectione neque nubent neque nubentur. Quidam etiam dixerunt quod post resurrectionem mortuorum in eodem statu in quo nunc est mundus manebit. Contra quos dicitur **Apocalipsis. xxi.** Vidi celum novum et terram novam. Et apostolus dicit **Roma. viii.** quod ipsa creatura liberatur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Et contra omnes hos errores dicitur: Carnis resurrectionem. et in alio simbolo. Expecto resurrectionem mortuorum.

¶ Sextus articulus.

¶ Sextus articulus pertinet ad ultimum effectum divinitatis qui est remuneratio bonorum et puniatio malorum: secundum illud **Psal.** Tu reddes unicuique secundum opera sua. Et circa hunc fuerunt multi errores quorum **¶** Primus est dicentium quod anima moriatur cum corpore sicut Arabs asserit. Vel etiam post modicum intervallo sicut Seneca dixit: ut recitantur in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Contra quos est apostolus **Philip. i.** Desiderium habes dissolvi et esse cum christo. et **Apoca. vi.** Vidi sub altari dei animas interfectorum propter verbum dei.

¶ Secundus est error ipsius Origenis: qui posuit demones et homines damnatos iterum posse purgari et redire in gloriam.

et angelos et homines beatos iterum posse ad malum deduci. quod est contra auctoritatem domini Math. xxv. Ibi sunt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam.

¶ Tertius est error: dicentium omnia premia et omnes penas malorum futuras esse equales. Contra quos primum dicitur Corinth. xv. Stella differt a stella in claritate. sic et mortuorum resurrectio. Contra secundum dicitur Math. xi. Tiro et sydoni remissus erit in die iudicii quam vobis.

¶ Quartus est error: dicentium malorum animas non statim post mortem descendere in infernum: nec aliquas sanctorum animas paradysum intrare ante diem iudicii. Contra quos dicitur Luc. xvi. Mortuus est dives et sepultus in inferno. et Corinth. v. Si terrestris domus nostra: dissoluatur huius habitationis domum habemus non manufactam conservatam in celis.

¶ Quintus est error: dicentium non esse purgatorium animarum post mortem eorum: scilicet qui in caritate decedentes aliquid purgabile habent. Contra quos Corinth. iii. Si quis edificaverit super fundamentum scilicet fidei per dilectionem operans lignum: fenum: stipulam: detrimentum patietur: ipse tamen salvus erit: sic tamen tanquam per ignem. Et contra hos errores dicitur in simbolo: Vitam eternam amen. vel: Vitam venturi seculi Amen.

¶ Alii vero qui septem articulos circa fidem divinitatis assignant eos sic distinguunt: ut primus sit de essentia unitate. Secundus de persona patris. Tertius de persona filii. Quartus de persona spiritus sancti. Quintus de effectu creationis. Sextus de effectu iustificationis. Septimus de effectu remunerationis: In quo comprehendunt: Resurrectionem et vitam eternam Amen. Et sic dum predictorum sex articulorum. Secundum dividunt in tres. Quintum vero et sextum compingunt in unum: fiunt secundum eos septem articuli. Nec refert quantum ad veritatem fidei: vel erroris vitat. omne qualiter distinguant.

¶ Nunc restat cōsiderare articulos qui p̄tinēt ad huma-
nitatē xp̄i: circa quā etiā .vi. articulos distinguūt.

Uorum primus est circa conceptionē ⁊ natiuitatem xp̄i:
qm̄ q̄ dicit̄ Esaie .vi. ⁊ inducit̄ Math .i. Ecce virgo con-
cipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit̄ nomen eius hemanuel. Et circa
hunc multi errores fuerunt.

¶ Primus fuit dicentiu xp̄um esse purum hominem: ⁊ qd̄ non
semper fuit: sed a Maria virgine sumpsit exordium. Et iste est
error Carpocratis ⁊ Cherinthi ⁊ Ebionis ⁊ Pauli samolitani:
⁊ Fotini. Contra quos dicit̄ Roma .viii. Ex quibus xp̄us secu-
dum carnē super omnia benedictus deus amen.

¶ Secundus est error Manichioꝝ dicentium q̄ xp̄us non ha-
buit verum corpus sed fantastiū. Cōtra quod est domin⁹ Lu-
ce vlti. Reprehendit errorem discipuloꝝ suozū: qui conturbati
⁊ perterriti estimabāt se sp̄m̄ videre. Et Math .xiiii. Vidētes
eum discipuli super mare ambulantē turbati sunt dicentes: qz
fantasma est ⁊ p̄re timore clamauerunt. Quozū opinionē remo-
uet dñs dicēs: Habete fiduciā ego sum nolite timere.

¶ Tertius est error Valentini: qui dicit̄ christū celeste corpus
attulisse nihilq̄ de bt̄a virgine assumptisse: s; per illā tanq̄ p̄-
riū seu fistulam sine vlla de illa assumpta carne transisse. Cō-
tra quem dicitur ad Galathas .iiii. Misit deus filium suum fa-
ctum ex muliere.

¶ Quartus est error Appollinarius: qui dicit̄ verbum in carnē
fuisse cōuersum aut transmutatū: Non autem carnem de Ma-
rie carne susceptā: propter illud quod dicit̄ Johan .p̄mo. Ver-
bum caro factū est. Per hoc intelligens q̄ verbum sit in carne ⁊
cōuersum. Contra quod statim ibidem soluit̄: Et habitabit in
nobis. Non autem in nostra natura integre habitasset si fuisset
in carne cōuersum. Unde intelligendū est: Verbum caro fa-
ctum est: id est verbum factum est homo. Sic enim caro frequē-
ter sumit̄ in scripturis: ut illud Esaie .xl. Videbit omnis caro

pariter quod os dñi locutum est.

¶ Quintus error est Arrii: qui posuit Christū humanā animā non habuisse: sed verbum fuisse loco anime. Contra quod dicitur Jobānis. x. Nemo tollet animā meam: sed ego ponam eam et iterum sumam eam.

¶ Sextus est error Appollinaris: qui cum predicto testimonio et alijs cōinceretur animam humanā christum habuisse: posuit q̄ christus non habuit intellectum humanū: sed verbum dei fuit ei loco intellectus. Contra quod est quod dominus se esse hominē confitetur Jobānis. vi. Queritis me interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis. Non autē fuisset homo si anima rationali caruisset.

¶ Septimus est error Euticetis: qui posuit in christo vnā naturam cōpositā ex diuinitate et humanitate. Contra quod apostolus dicit: Quod cum in forma dei esset formā serui assumpsit. philipen. ii. Manifeste distinguens in eo duas naturas: diuinā et humanā.

¶ Octauus est error Monothelicarum: ponentium in christo vnā scientiam et voluntatem. Contra quod dominus dicit Mathei. xxv. Non sicut ego volo sed sicut tu. Ubi manifeste in christo ponitur: alia voluntas humana: alia diuina: que est cōmunis patri et filio.

¶ Nonus est error Nestorij: qui posuit christū deum perfectū et hominem perfectū: et tamen aliam dixit personam dei esse: et aliam hominis: et q̄ non est facta vnio dei et hominis in vna persona christi: sed solum secundū gratie inhabitationem: ita q̄ negat beatam virginem esse matrem dei: sed etiam esse matrē hominis christi. Contra quod dicit Luce. i. Quod ex te nascetur sanctū vocabit̄ filius dei.

¶ Decimus error est Carpocratis: qui hominem christum de vtroq̄ natum putasse perhibet. Contra quod dicitur Mathei primo: Antequā conuenirent: inuenta est in vtero habens de spiritu sancto.

¶ Undecimus error est Heluidij dicentis: q̄ postq̄ beata virgo peperit christū et Joseph: plures filios genuit. Contra qd̄ dicit̄ Ezechie. xl. Nec porta clausa erit et non aperiet̄: et vir non transibit per eam: quoniā dominus deus egressus est per eā. Et contra hos omnes errores in simbola apostolorū dicitur: q̄ filius dei cōceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Et in simbolo patrū dicit̄. Qui propter nos homines et propter nostrā salutē descendit de celis: Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine et homo factus est.

¶ Secundus articulus est de passione et morte xp̄i: quod dominus ipse predicavit: dicens. Ecce ascendimus hierosolymā: et filius hominis tradetur principibus sacerdotū: et condemnabunt eum morte: et tradent eum gentibus ad illudendum: et flagellandum: et crucifigendum. Contra hunc articulum: **¶** Primo quidem est error Manicheorū: qui sicut corpus xp̄i fantasti cum asserunt: ita passionem xp̄i non in veritate sed in fantasia esse arbitrantur. Contra quod Esaie. lii. Vere languores n̄ros ipse tulit: et tanq̄ ovis ad occisionem ductus est. Quod etiam inducit̄ actuū. viii.

¶ Secundus est error Salanis: qui in xp̄o unam naturam posuit sed incorruptibilem et mortalem. Contra qd̄ dicit̄. Pe. iii. Xp̄us semel pro peccatis nostris mortuus est. Et cōtra oēs hos errores ponit̄ in simbolo. Crucifixus: mortuus: et sepultus.

¶ Tertius articulus est de resurrectione christi secundū q̄ ipse dixit Mathei. xx. Tertia die resurget. Et circa hūc articulū: **¶** Primo quidē erravit Eberinthus: asserens Xp̄um non resurrexisse sed resurrecturū esse. Cōtra qd̄ dicit̄ Corint. xv. Resurrexit tertia die s̄m scripturas.

¶ Secundus error est qui imponitur Origeni: q̄ sit iterū pro salute demonū passurus. Contra quod dicitur Roma. vi. Xp̄s resurgens ex mortuis: iam non moritur: mors illi ultra nō dominabitur. Et contra hos errores dicitur in simbolo. Tertia die resurrexit a mortuis.

Quartus articulus est de descensu ad inferos corpe iacente in sepulchro. Ephe. iiii. Descendit primus in inferiores partes terre. Unde in simbolo dicit. Descendit ad inferos. Quod est contra quosdam: qui posuerunt christum non descendisse per seipsum ad inferos: cum tamen Petrus dicat actu. ii. quod non est derelictus in inferno.

Quintus articulus est de ascensione christi in celum. de quo ipse dicit Job. xx. Ascendo ad patrem meum et patres vestrum. Circa quem errant Seleniani qui negant saluatorem in carne sedere ad dexteram dei patris. Sed secundum quod eum exiit et in sole posuit. Contra quod dicit Math. vi. Dominus quidem iesus postquam locutus est eis: assumptus est in celum et sedet ad dexteram dei. Unde in simbolo dicit. Ascendit in celum et sedet ad dexteram dei patris.

Sextus articulus est de aduentu ad iudicium: de quo ipse dominus dicit Math. xxv. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo: tunc sedebit in sede maiestatis sue. Et Petrus dicit actu. x. Hic est qui constitutus est a deo iudex vivos et mortuorum. id est bonorum et malorum: siue eorum qui iam mortui sunt: et eorum qui in adventu christi vivi inveniunt. Et circa hoc errant isti de quibus dicit Petrus. iiij. Venient in novissimis diebus in deceptione illusores: iuxta proprias concubinas ambulantes et dicentes: ubi est nunc promissio aut adventus eius. Contra quos dicit Job. xix. Fugite a facie gladii: quoniam ultor iniquitatis est gladius: et scitote esse iudicium. Unde in simbolo dicit. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Illi autem qui septem articulos ponunt humanitatis: distinguunt primum articulum in duos ponentes. scilicet sub alio articulo conceptionem christi: et sub alio eius natiuitatem.

Uinc restat videre de ecclesie sacramentis: que tamen omnia preprehendunt sub quarto articulo: que ad effectum gratie pertinent. Sed quia speciale de sacramentis questionem fecistis: de his seorsum agendum. ¶ Est igitur primo sciendum quod sicut Augustinus dicit in. iiii. de ciuitate dei. Sacramentum est sacrum secretum: uel sacre rei signum. Fuerunt autem in veteri lege quedam.

2
sacramenta idest sacre rei signa: sicut agnus pascalis ⁊ alia sacramenta legalia. Que quidē solum significabant gratiā xp̄i: non tñ eam causabant. Unde ap̄lus ad Gala. iiii. vocat ea egena ⁊ infirma elementa. Egena quidem: qz gratiā non cōtinebant. Infirma: quia gratiam cōferre nō poterant. Sacramēta vero legis noue cōtinent ⁊ cōferunt gratiā. In eis eniz est virtus xp̄i: que sub tegumento rerum visibiliū secretius operat̄ salutē ut Aug. dicit. Et ideo sacramentuz noue legis est inuisibilis gratie: visibilis forma: ut imaginē gerat ⁊ causa existat. Sicut ablutio que fit in aqua baptismatis: representat interioze mundationē que fit a peccatis per virtutē baptismi.

Sunt autē sacramenta noue legis septē. s. Baptismus: confirmatio: eucaristia: penitentia: extrema vnctio: ordo: ⁊ matrimoniū. Quoz prima quinqz ordinant̄ ad perfectionem hominis in seipso. Alia vero duo ordinant̄ ad perfectionē ⁊ multiplicationē totius ecclesie. Vita enim spiritalis conformat̄ vite corporali. In vita autē corporali homo perficit̄. Primo quidē per generationē qua nascit̄ in hoc mundo. Secūdo per augmentū quo perducit̄ ad quantitātē in virtute perfecta. Tertio per cibuz quo sustentat̄ hominis vita ⁊ virtus. Et hec quidem sufficerent: si nunq̄ infirmari cōtingeret. Sed quia frequenter homo infirmat̄: quarto indiget sanatione. Sic est in vita spiritali. Primo quidez homo indiget regeneratione que fit per baptismū: scdm̄ illud Job. iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto: non potest intrare in regnū dei. Secundo oportet q̄ homo accipiet perfectā virtutē: quasi per quoddaz spirituale augmentū per sacramentū cōfirmationis ad similitudinem ap̄loz: quos sp̄s sanctus in eos veniens cōfirmavit. vnde dñs eis dixit Luce vlti. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Tertio oportet q̄ homo spūaliter nutriatur per eucaristie sacramentū: fm̄ illud Job. vi. Nisi māducaueritis carnē filij hominis ⁊c. Quarto oportet q̄ homo spūaliter sanet̄ per sacramentū penitētie fm̄ illud psal. Sana animā me/

am quia peccavi tibi. Quinto spūaliter ⁊ corporaliter per saē
mentū extreme vnctionis: fm illud Ja. vlti. Infirmat̄ quis in
vobis ⁊c. Quantū aut̄ ad cōem ecclesie vtilitatē ordinant̄ duo
sacramenta. s. ordo. ⁊ matrimoniū: qz per ordinē ecclesia guber
natur ⁊ multiplicat̄ spūaliter. per matrimoniū vero multipli
catur corporaliter.

¶ De sacramentis in cōi.

St aut̄ considerandū q̄ predicta septē sacramēta quedā
habent cōia: ⁊ quedā propria. Cōmune quidez est oibus
sacramentis quod p̄ferat gratiā sicut dictū est. Et est oibus
cōmune q̄ omne sacramentū consistit in corporalibus sicut in
carne xp̄i sanctificata est: ⁊ virtutē sanctificandi habet per ver
bum sibi vnitū. Ita ⁊ res sacramentoz sanctificant̄: ⁊ vim san
ctificandi habent per verba que in eis proferunt̄. vnde Augu.
dicit super Job. Accidit ad verbū elementū ⁊ fit sacramentum
Unde verba quibus sanctificant̄ sacramenta dicunt̄ forme sa
cramentoz. Res aut̄ que per huiusmodi verba dicuntur sacra
mentoz materie. Sicut aqua est materia baptismi: ⁊ crisma cō
firmatiōis. Requiritur etiam in quolibet sacramento persona
ministri conferentis sacramentū cum intentione faciendi qd̄
facit ecclesia. Quorum trium si aliquid desit idest si non sit de
bita forma verborū. si non sit debita materia: si ministri sacra
menti non intendant conficere sacramentū: non perficitur sa
cramentū. Impedit̄ etiam effectus sacramenti per culpam re
cipientis: puta si fictus accedat ⁊ non corde parato ad suscipi
endū sacramentū: talis enim licet sacramētū suscipiat: effectū
tamē sacramēti. i. gratiā sancti spūs non recipit: quia ut dicit̄
Sapient. i. Spūs sanctus discipline effugiet fictum. Econuer
so autem aliqui nondum receperunt sacramentum: qui tamen
effectum sacramenti suscipiunt: propter deuotionem quam ip
si habent ad sacramentum quod habent in voto seu desiderio.
Sunt autem quedam propria sacramentis quibusdam. Nam
quedam horum imprimunt caracterem: idest spirituale quod

dam signū distinctiuū a ceteris: sicut in sacramento baptismi in sacramento ordinis: et in sacramēto cōfirmationis. Et talia sacramēta nunq̄ reiterant̄ super eandē personā. Nunq̄ enim qui est baptizatus debet iterū ulterius baptizari: nec cōfirmatus iterum cōfirmari: nec ordinatus iterū ordinari: quia caracter qui in hōi sacramentis imprimiū indelibilis est. In alijs vero sacramentis nō imprimiū caracter suscipienti ea. Et iō possunt iterari quantū ad personā suscipientē: non tñ quantū ad materiā. Potest enī vnus frequēter eucharistiā sumere: frequenter penitere: frequenter extremā vnctionem suscipere: frequenter matrimoniu cōtrahere. Non tñ eadē hostia debet frequenter consecrari: nec idem oleū infirmorū debet frequenter benedici. Alia quoq̄ differētia est: qz quedā sacramenta sunt de necessitate salutis sicut baptismus et penitētia: que sunt instituta ad purgandū peccata: quibus nō existentibus non pōt homo saluari. Alia vero sacramēta non sunt de necessitate salutis: qz sine his potest homo esse saluus: nisi propter contemptū sacramenti.

¶ De sacramentis in speciali.

Is visis in cōi circa ecclesie sacramēta: oportet quedam in speciali de singulis dicere. ¶ Primo igit̄ circa baptismū sciendū est qz materia baptismi est aqua vera et naturalis: nec differt vtrū sit frigida uel calida. In aquis aut̄ artificialibus sicut est aqua rosacea et alijs hōi baptizari nō potest. Forma autē baptismi est ista. Ego te baptizo in noīe patris et filij et spūs sancti. Minister autē huius sacramenti proprius est sacerdos: cui ex officio competit baptizare. In articulo necessitatis non solū presbyter sed etiā diaconus uel laicus: et mulier siue etiam paganus aut hereticus potest baptizare: dūmodo seruet formam ecclesie: et intendit facere quod facit ecclesia. Si vero extra articulū necessitatis aliquis a talibus baptizet: recipit quidē sacramentū: et nō debet iterū baptizari: non tñ recipit gratiā sacramēti: qz ficti reputant̄: ut pone contra statutū

ecclesie sacramentū recipiētes. Effectus autē baptismi est remis-
sio culpe oriḡinalis ⁊ actualis: ⁊ etiam totius culpe atq; pene:
ita q̄ baptizati nō est aliqua satisfactio iniūgenda pro pecca-
tis preteritis: sed statī morientes post baptismū introducunt̄
ad gloriā dei. Unde effectus baptismi ponit̄ apertio ianue pa-
radisi. Circa hoc sacramentū fuerunt aliqui errozes.

¶ Primus quidem est Solentianoz: qui dicunt q̄ baptismum
nō recipiunt in aqua sed solū baptismū spiritalē. Cōtra quos
dominus dicit Johan. iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spīritu sancto ⁊c.

¶ Secundus fuit error Donatistarū reprobantiū eos qui sunt a
catholicis baptizati. Contra quos dicit̄ ad Ephesi. iiii. Una fi-
des: vnū baptisma. Et est alius error eoz. Nam dicūt q̄ homo
in peccatis existens nō potest baptizare. Contra quos Johā. i.
Super quē videritis spīritū descendētē ⁊ manentē super euz
hic est qui baptizat idest xp̄us. Unde nō nocet homini malus
minister nec in hoc nec in alijs sacramentis: qz xp̄s est bonus:
qui interiorius perficit sacramentum.

¶ Tertius est error Pelagianoz: qui dicūt propterea p̄neros
baptizari ut regeneratione adoptati admittant̄ ad regnū dei
de bono in melius translati: non iste renouationes ab aliquo
malo obligationis veteris absoluti.

¶ De secundo sacramento.

¶ Secundū sacramentū est cōfirmationis: Cuius materia
est crisma: confectū ex oleo: quod signat nitore cōsuetudine:
⁊ balsamo quod signat odore bone fame per episcopū benedi-
cta. Forma autē huius sacramenti est talis: Consigno te signo
crucis: ⁊ confirmo te crismate salutis in nomine patris ⁊ filij
⁊ spīritus sancti Amen. Minister autē huius sacramenti est so-
lus episcopus. Non enim licet sacerdotes confirmandos cris-
mate in fronte inungere. Effectus autem huius sacramēti est
q̄ in eo datur spīritus sanctus ad robur sicut datus est aposto-

lis in die penthecostes: ut scilicet xpianus audacter confiteatur
nomen xpi. Et ideo confirmandus in fronte inungitur: in qua
est sedes verecundie: ut scilicet nomen xpi confiteri non erube-
scat: et precipue cruce eius: que est iudeis scandalus: gentibus
autem stulticia: et propter hoc etiam signo crucis consignatur.
Circa hoc autem sacramentum est error quorundam Grecoꝝ dicen-
tium: quod sacerdos simplex hoc sacramentum potest conferre. Con-
tra quos dicitur Actuum viii. quod apostoli miserunt Petrum et Johan-
nem apostolos: qui imponebant manus super eos qui baptiza-
ti erant a philippo diacono: et accipiebant spiritum sanctum.
Episcopi autem sunt in ecclesia loco apostolorum: et loco impositio-
nis manus datur in ecclesijs confirmatio.

¶ De tertio sacramento.

Tertium sacramentum est eucaristie cuius materia est pa-
nis triticeus: et vinum de vite modica aqua permixtum:
ita quod aqua transeat in vinum. Nam aqua signat populum qui in-
corporatur christo. De alio autem pane quam tritici: et de alio vino quam
vitis non potest hoc confici sacramentum. Forma autem huius sa-
cramenti sunt verba christi dicentis: Hoc est corpus meum: et hic
est calicis sanguinis mei novi et eterni testamenti: misterium fidei:
qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccato-
rum. Sacerdos in persona christi loquens hoc conficit sacra-
mentum. Minister autem huius sacramenti est sacerdos: nec
aliquis alius potest conficere corpus christi. Effectus autem hu-
ius sacramenti est duplex: quorum primum consistit in ipsa con-
secratione sacramenti. Nam virtute predictorum verborum panis
conuertitur in corpus christi: vinum in sanguinem: ita tamen quod
totus christus continetur sub speciebus panis que remanent sine
subiecto: et totus christus sub speciebus vini: et sub qualibet parte
hostie consecrate vel vini consecrati: separatione facta est totus christus.
¶ Alius vero effectus huius sacramenti quasi anima digne
sumentis facit: est adunatio hominis ad christum: sicut ipse dicit

Johan. vi. Qui manducat meam carnē: et bibit meum sanguinē
in me manet et ego in eo. Et quia per gratiam homo christo in
corporatur et membris eius unitur. Consequens est quod per hoc sa-
cramentum in sumentibus digne gratia augeatur. Sic igitur
in hoc sacramento est aliquid quod est sacramentū tantum: scilicet
licet ipsa species panis et vini: et aliquid quod res et sacramen-
tum: scilicet corpus christi verum: et aliquid quod est signatū tan-
tum: scilicet unitas corporis mystici id est ecclesie: quam hoc sa-
cramentū significat et causat. Fuerunt autem circa hoc sacramē-
tum multi errores quorum:

¶ Primus est eorum qui dicunt quod in hoc sacramento non est ve-
rum corpus christi sed tantū significatiue. Cuius erroris dicitur fu-
isse causa Berengarius. Contra quod dicitur Job. vi. Caro mea ve-
re est cibus: et sanguis meus vere est potus.

¶ Secundus est error Artodinitarū: qui offerunt in sacramen-
to panem et calicem: dicentes a primis hominibus oblationes
de fructibus terre et ouium fuisse celebratas. Contra quod est
quod dominus huius sacramenti institutor panem et vinum
discipulis dedit.

¶ Tertius est error Catharigan et Preputianorum: qui de infan-
tis sanguine quē de toto eius corpore minutis punctionez vul-
neribus extorquent: quasi eucaristiam suam conficere perhibē-
tur: miscentes eum farine: panemque exinde conficientes: quod
magis est simile sacrificiis demonū quā sacrificiis christi: secundum
illud psal. Effuderunt sanguinē innocentem quem sacrificar-
uerunt sculptrilibus Chanaan.

¶ Quartus est error Aquiriorū: quia aquam solam in sacrifici-
is offerunt: cum tamē Proverbi. ix. dicat. Ex ore sapientis quā
est christus Bibite vinū quod miscui vobis.

¶ Quintus est error Opitarū qui serpentē esse christum estiman-
tes habent unū colubrum assuetū panes lingua labere: atque ita
eis velut eucaristiam sanctificare.

¶ Sextus est error Preputianorum qui tantum dant mulieri

bus principatum: ut sacerdotio apud eos honorentur.

¶ Septimus est error pauperum de Lugduno: qui dicunt iustum hominem posse conficere hoc sacramentum. Contra quos errores est quod dominus apostolis suis tradidit potestatem hoc sacramentum celebrandi. Unde solum illi qui quadam successione ab apostolis acceperunt hanc potestatem: possunt hoc sacramentum conficere.

¶ Octavus est error quorundam qui dicuntur Adamanici: quasi imitantes nuditatem Adee: ita quod mores femineque conveniunt nudi lectiones audire: nudi orant: sacramenta nudi celebrant. Contra quos dicitur Corinthi. xiii. Omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis.

¶ De quarto sacramento.

Quartum sacramentum est sacramentum penitentie. Cuius quasi materia sunt actus penitentie: qui dicuntur tres partes penitentie quarum:

¶ Prima est contritio cordis: ad quam pertinet ut homo doleat de peccato commisso: et proponat se de cetero non peccaturum.

¶ Secunda pars omnis confessio: ad quam pertinet ut peccator omnia peccata quorum memoriam habet suo sacerdoti confiteatur integraliter: non dividens ea diversis sacerdotibus.

¶ Tertia pars est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis: que quidem precipue fit per ieiunium orationem et elemosinam. Forma autem huius sacramenti sunt verba absolutionis que sacerdos profert dum dicit: Ego te absolvo. Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absolventi vel per ordinarium vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio a peccato. Est autem circa hoc sacramentum error Novatianorum: qui dicunt hominem post baptismum peccantem non posse per penitentiam veniam consequi. Contra quos dicitur Apocalipsis. ii. Memor esto unde excideris: et age penitentiam: et prima opera fac.

¶ De quinto sacramento.

Quintū est sacramentū extreme vnctionis: cuius materia est oleū oliue per ep̄m benedictū. Hoc autē sacramentū non debet dari nisi infirmo q̄n timet de periculo mortis: Qui debet inungi in locis quinque sensuū: videlicet in oculis p̄pter visum: in auribus p̄pter auditū. in naribus p̄pter odoratū. in ore p̄pter gustum uel locutionē. in manibus p̄pter tactum. in pedibus p̄pter gressum. Quidam autē inungūt in renibus: p̄pter delectationē que in renibus viget. Forma autē huius sacramenti est ista: Per istam vnctionē ⁊ suā piissimā misericordiā indulgeat tibi dñs quicquid deliquisti per visum: ⁊ similiter in alijs. Minister huius sacramenti est sacerdos. Effectus autē huius sacramenti est sanatio mētis ⁊ corporis. Circa hoc sacramentū est error Eradonitarū: qui ferunt suos morientes nouo modo quasi redimere idest per oleū balsamū ⁊ aquā ⁊ inuocationibus: quas hebraicis verbis dicūt sup capita eorū: qđ est cōtra formā a Jacobo traditā ut supra dictū est.

¶ De sexto sacramento.

Sextū est sacramentū ordinis. Sunt autē septem ordines Presbyteratus: diaconatus: subdiaconatus: acolitatus ordo exorciste: lectoris: ⁊ ostiarij. Clericatus nō est ordo s̄z que dam professio vite se dantiū diuino ministerio. Episcopatus magis est dignitas q̄ ordo. Materia autē huius sacramēti est illud materiale per cuius traditionē confert̄ ordo. Sicut presbyteratus tradit̄ per calicis collationē. Et quilibz ordo traditur per collationē illius rei que precipue ptinet ad ministeriū illius ordinis. Forma autē huius sacramēti est talis. Accipe potestatem offerendi sacramentū in ecclesia pro uiuis ⁊ mortuis. Et idem est dicendū de alijs ordinibus. Minister huius sacramenti est ep̄us qui confert ordines. Effectus huius sacramēti est augmentuz gr̄e ad hoc ut aliquis sit idoneus minister xp̄i. Circa hoc sacramentū fuit error Arrij: qui dicebat presbyteruz ab ep̄scopo nō debere discerni.

¶ De septimo sacramento.

Optimū sacramentū est matrimoniū qđ est signum coniunctiōis xp̄i ⁊ ecclesie. Causa autē efficiens matrimonium est mutuus consensus per verba de presenti expressus. Est autē triplex bonū matrimoni: quoz primū est proles suscipienda ⁊ educenda ad cultum dei. Secundū est fides quā vnus cōiugum debet alteri seruare. Tertium est sacramentū idest in diuisibilitas matrimonij per hoc qđ significat indiuisibile coniunctionē xp̄i ⁊ ecclesie. Est autē circa hoc sacramentum multiplex error. ¶ Primus quidē est Latianoz qui nuptias dānant cōtra id qđ Corin. vii. dicit. Mulier nō peccat si nubat.

¶ Secundus est error Ioviniani: qui nuptias equauit virginitati: de quo supra dictum est.

¶ Tertius est error Nicolaitaz: qui indifferenter mutuis vtoribus vtunt. Fuerunt etiā multi alij heretici turpia quedā dicentes ⁊ exercētes. Contra illud Hebreoz vlti. Sit honorabile cōnubiū ⁊ thorus imaculatus. Hoꝝ autē virtute sacramentozū homo perducit ad futurā gloriā: que consistit in septē dotib⁹: tribus anime: ⁊ quatuoz corporis.

¶ Prima dos est visio dei per essentiam: secundū illud Jo. iiii. Videbimus eum sicut est.

¶ Secunda dos est comprehensio: qua scilicet deum apprehendimus quasi nostram mercedem. Corinth. ix. Sic currite ut cōprehendatis.

¶ Tertia dos est fruitio qua in deo delectabimur: scđm illud Job. xx. Tunc super omnipotentis delitijs affluas.

¶ Prima autem dos corporis est impassibilitas: secundum illud Corinthi. xv. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.

¶ Secunda est claritas: fm illud Math. xxviii. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoz.

¶ Tertia est agilitas per quā celeriter adesse poterunt vbi volunt Sapi. iiii. Tanq̄ scintille in arūdineto discurrent.

¶Quarta est subtilitas: per quã poterunt quocũq; voluerint penetrare: fm illud Corint. xrv. Seminãt corpus animale: surget corpus spirituale. Ad quam gloriam nos perducatur pater ⁊ filius ⁊ spũs sanctus. Amen.

¶Finis.